

Dissertatio

De febre Catarrhali nervosa Endemica in Villa Orgae
(vulgo Orgas) Toletanae Provinciae.

Morbum endemicum Orgae Coram tot Sapientissimis
viris in quorum numerum cooptare animus est, ex-
ponitur, de mandato Regis nostri Caroli IV, atque
ex invitato Regali Matritensis medicinae Collegii, à
topographica loci descriptione initium sumere teneor,
ut febris Catarrhali nervosae in eo Endemicae grassan-
tis Causas inde deducere facilius valeam: quod regium
praeceptum non aliunde quam Sapienti antiquissimo
medicinae praestanti Concilio Oxoniensi intelligo,
cum probe noverim magnum nostrum Hippocratem
sequentia aures verba literis mandasse in lib. de
aëre, aquis, et locis. „Si quis ad urbem sibi incognitam
„perveniat, circumspicere oportet ejus situm, quomodo sci-
„licet ad ventos et solis exortus jaceat, non enim equaliter
„vires sunt ad septentrionem sitae, et vergentis ad au-
„strum; neque ejus quae solem exorientem, et quae idem
„occidentem spectat.... simul diligenter observare quo-

„modo habeant circa eam aque.... terra etiam ipsa
„consideranda.... Hominum insuper dicta perquiren-
„da qua maxime utantur.... Nam qui hec omnia
„probe quantum fieri potest cognoverit, aut horum
„proxima cum latere non possunt cum in urbem eti-
„am incognitam sibi pervenerit, neque morbi regio-
„nis peculiare & proprii, neque communis regionis na-
„tura, quęcumque tandem ea fuerit, ut non possit in co-
„gnoscendū morbi dubiū herere, aut exare siubi ad
„morborum medicationem adhibeatur?”

Itis ita constitutis, jam jam descriptionem topo-
graphicam aggredior. In circiori castella non longe à
Tolercana civitate & sub longitudo gradibus 33 et
45 min, latitudinis vero 40. jacet villa Orgaz, vel Or-
ga (hispanice Orgaz) antiquissima hec non ita popu-
losa in humili et profundo loco sita, quem montes
ambientes, juga Caxperana nominati, a soli Ori fe-
re, per meridiem & occiduum expositi ad distantiam
leue Semitis ingiuntur ambeunt. Ventis perflatur ab
oriēte perpetuo spirantibus, ab austrinis libera est
beneficio montium; ab occidentalibus pariter muni-
ta, cum non nisi temporibus pluvioris appareant;

tamen ab orientalibus plagis ab Aprilis mense in
Septembrem usque ab hora decima promeridiana, ad
secundam post meridiem perpetuo fere spirantes venti
estuantem atmosferam temperant. Quibus temporibus,
indeque eveniat ut noctes frigida et humida
reddant.

Iuga praedictorum montium circumlani fere am-
bium craterem quasi conviciunt in quo villa exstructa
cervix in solo paludoso, ubi copiose ex montibus pro-
labentes aquae in arenarum stratum quo acervatae
detinentur, difficillime inde educende, adeo ut simulac
primum soli stratum ad stadii profunditatem effodi-
tur libenter et uberissime effluant ad domesticos usus
et communem potum deservitura, gurgul non optime
deprehenditur, at vero non ita limosa et salta ut pu-
tealis sit, saponem perfecte non solvit, neque legumi-
na concoquit integre, manifestissimo indicio seleni-
um in se continere, salis sapore facile deducendam.

Inde conicere datur quod humiliora domorum
pavimenta humida valde esse debeant, proptereaque
suppellectilia lignea facile putrescant, lintea pariter

humectata continuo et calceamenta ibi relicta. Hinc
aqueam aëra particule vel papores continuo atmosphe-
ram humidam creant, quam spirare debent incolæ,
unde effectus laxitudinis et debilitatis solidorum ori-
untur qui in corporibus humanis expeririuntur, in
his precipue qui nudo cælo noctes transigere tenen-
tur; unde evenit ut periculi comitis navigationes ab
auxa matutina sepenitus abstinere didicerint ne
in morbos incidere.

Solum inter montium radices medium fertilis-
simum deprehensum, utpote cum ex angilla cum ali-
qua arene portione constans, vegetationi satis ap-
tum, preceperim quia pro maxima ejus parte ara-
ris findatur, atque lignibus effodiatur diligenti
incolarum industria. Hinc evenit ut maximum Ju-
menti, secalis, et hordei proventus percipiant, ex qui-
bus omnibus alimenta conficere didicerunt, una cum
carne ab hircis carnatæ et arietibus mutuata.

Temperamenta incolarum quod attinet sunt
que sequuntur, Pueri et femine laxi, debiles atque
pituitosi, ut ajunt, Runicolæ sanguines lymphati-

co poriuntur ut plurimum.

Vitibus consita tellus cernitur maximo numero,
unde vini plusquam centum amphorarum milia quo-
tantis consequantur. Olea non paucas terras alit, a
quibus oleum in domeracos populi usui necessarium
accipiunt. Oleis et leguminibus omnis fere species
abundat.

Plantas fere vllq; Campus varias officinales, qua-
rum catalogum mecum communicavit Pharmacopola
expertus quem vobis offerre ordine alphabetico decre-
vi.

Agrimonia Eupatoria

Althea officinalis

Anchusa officinalis

Anethum graveolens

Anethum feniculum

Anthemis nobilis

Asterium Lappa

Anthemisia absinthium

Betonica officinalis

Orionia alba

Cirsium Ladanifera

Cichorium intibus

Cynoglossum officinale

Curcuma Europaea

Daphne Genkium

Equisetum arvense

Eriogonum Canadense

Fumaria officinalis

Genista Sagittalis

Gentiana Centaurea

Glechoma hederacea

Glycyrrhiza glabra

Aspericum perforatum

Junis Germanica

Lavandula stoechas
Lavandula spica
Leontodon taraxacum
Mentha rotundifolia
Maximiliania hispanicum
Melissa officinalis
Mentha pulegium
Mercurialis annua
Momordica elaterium
Ononis antiquorum
Origanum
Panicum dactylon
Papaver rheas
Papaver somniferum
Panicaria officinalis
Plantago maior
Plantago coronopus
Plumbago europea
Pimpinella officinalis
Portulaca oleracea
Rumex crispus
Rumex acetosa

Rumex acutus
Ruta silvestris
Salvia officinalis
Sanguinaria minor
Scabiosa arvensis
Scilla maritima
Scorzonera hispanica
Sempervivum tectorum
Sisymbrium irio
Solanum nigrum
Teucrium scordium
Teucrium polium
Tephrosia angustifolia
Thymus zygis
Turbitago saxifraga
Veronica officinalis
Verbascum thapsus
Viola odorata
Urtica urens



Ruralem vitam agere debere incolae Orgar faci-
le videris, utpote cum omnes eorum divitiae in eo con-
sistant ut terra laboribus exersita et aridius cunis
subacta, seminibus atque arboribus alendis apta red-
datur, unde fructuum magnus proveniat spectandus.
Non nulli deprehenduntur qui coria perficiunt qui-
bus Sutores non pauci calceamenta conficiunt.

Ex omnibus hucusque expositis exuere non di-
ficile est causa earum Aegritudinum quibus oppri-
muntur incolae inspirantes aridius atmosphera hu-
midam paludoriam effluvis et exhalationibus aque
stagnantis gravem. Febres nempe intermittere
tertiane et quartane, quae non nunquam sub lar-
va remittentium cernuntur; aliquando tamen pu-
tride naturae adveniunt, quae malignarum nomine
ab aliquibus auctoribus indignantur. Rheumatis-
mi pariter atque Catarrhi ab impedita transpira-
tione facile oriundi, quibus affectionibus addenda est
febris catarrhalis, cuius descriptionem in secunda di-
scussionis parte ennodare decrevi, ad quam jam accedo.

Pars 2^a

Febri Catarrhali

Acutissimus Rudolphus Augustinus Vogel in accuratissimis de cognoscendis et curandis precipuis corporis humani affectibus Academicis Selectionibus in Classe 2.^a profusiorum, Ordine 2.^o Apocenoream (evacuacionum) Catarrhalem febrem comprehendit. Vestigium itaque tanti Vixi mirrens antequam ipsam nervosam vel malignam explicandam apprehendax non incongruum fore judicari Si ejus intensitatem, varietatemque considerarem, nam simplices aut benigne inveniuntur non nunquam; Inflammatione et Rheumatice multoties, nervose tandem vel maligne gravari solent majori ex parte uti infra ostendam.

Tempore Equinoctiorum preteritum autumnalis, ingentium tempestatis mutationum, repentinarumque vicissitudinum aëris inveniuntur sparse febres Catarrhales, sic vocitate quia capiti flu-

xionibus, maxium, faucium, pectoris affectionibus
 vel ab initio Coniunguntur, aut eadem ut causam
 proxime subsequuntur. Incipiunt hee vespere ut
 plurimum cum repetita horripilatione, aut levi-
 tantummodo extremorum refrigeratione, Capitis de-
 bilitate, languore universi corporis, stimulo in
 larynge, maxium et faucium calore, sequitur ster-
 nutatio, tussis molesta, pectoris gravitas, faucium
 phlogosis, dolor dorsi, tum axillarum omnium tensio-
 nis aut punctationis sensum inferens, appetitus
 quandoque adcurat, nonnunquam immittit,
 gurges depravatus aut deficiens, et Sitis non
 magna.

Mitis ut plurimum est simplex aut be-
 nigna de qua hic loquor, et postquam aliquot
 horis invaserit, solet post mediam noctem remit-
 tere, quæ quidem remissio non solum ad matu-
 rinum tempus, verum etiam ad totam fere di-
 em produciatur, donec iterum vespere ordinata
 periodo reexudescat. pulsus pro vario morbi

tempore et gradu, Agri temperie atque habitu va-
rius esse consuevit, sed celer semper et frequens. Pro-
grediente morbo sudores exumpunt, praesertim
in remissionibus; sputa crassa, et mucus e nari-
bus emungitur; e faucibus, bronchiis, et pulmoni-
bus magna concoctae materiae albae, glutinose, et
puxi similis, interdum flavae vi extrahitur; aut
diarrhoea inrupit cum urina simul sedimen-
tum deponente supervenit; quibus febris feli-
citer solvuntur: Ad septimum, undecimum, vel
decimum quartum diem porriguntur; sed cum
putredine aut malignitate conjunguntur, ad
tertiam, quartamve septimanam cursum
protrahunt.

Causa igitur huius febris verisimiliter esse
videtur serum et lymphae copia, aut lenore, aut acri-
monia, aut omnibus hiis vitiis peccans in variis am-
bitum corporis perseptamibus, in primis cutaneis
congesta, herens et irritans; aut in unicis glandulosae

Subsistens copiosius adfluens, Replens, eademque in-
flammanz cum dolore et Rubore: Contingit hoc in tota
maximum palati, et faucium Regione, tota etiam aspe-
ra Arteria cum Ramis bronchialibus, quin imo ipso
oesophago, ventriculo et intestinis. Itas enim Simulas
fectas esse partes, Nucedo, tussis, Sereatur materię viri-
de, Strenuatio, pectoris gravedo, nausea non numquam
toxmina ventris, et subsequens salutari alvi fluxu
terramur, adeoque Omnis Cura impendenda est, ut Equ-
alibus sanguinis, et humorum omnium Circuletur Re-
vinctur, ab interioribus ad Exteriora alliciatur, acni-
monia mitigetur ac temperetur, perspiratio Omnis
interna et externa promoveatur, ac in Ordinem ve-
rum Redigatur, ut Coctio atque Excretio materię
morbificę opportune Contingat. Quare dum levi-
erat, totum fore opus Soli mittere, Necque Regimini vice
Committendam; tum Sola quies, lectuli tepor, et laque
tepenque potus qui diluat, temperet, et leniter se-
cretiones, Excretionesve adjuvet sufficiebant: At
cum febris paullo intensior tener, et graviora in-
velut Symptomata, efficaciori auxilii auxilio opus
est.

Inflammatoria et Rheumatica

tum vehementiori ex causa nascitur morbus, &
Sanguis diatheri inflammatoria magis inficitur, ut
in quibusdam Constitutionibus sepe accidit, Catarrha
hi inflammatoria dicitur adesse; valde dissimilia
quoque, pro dispositione habitus corporis, vicerum,
aetatis, & temperamenti inferunt Symptomata, ma-
gis vel minus benigna; tum veram Rheumaticam
affectionem excitantes, tum pleurodinam, seu pleu-
ritidem spuriam; Et quo validior est febris, eo plerum-
que aciores sunt dolores, et molestior totius morbi
decursus: Notissimum est autem, quod dolores articu-
um Rheumatici incidant frequentissime in ea Cor-
pora, quae precedentē intensiori morbo, labore et ex-
citatione, aut diēo nimis fervido calefacta, inele-
mentiori frigido Caelo, aut vento boreali subito ex-
posita fuerunt. ubi non ita multo post, cum prae-
via quadam horripilatione, et lassitudine, dolor gra-
vatus, praetorius et contractorius, hinc inde in par-
tibus, ut in Scapulis, Cervicē, humero, dorso lumbis, genu-
bus, vel in eo latere quod vehementia boreali venti
profundius penetravit, interdum etiam in universo
Corpore oboritur: qui eo gravius affligit, quo Corpus

maiori Sanguinis copia turgere: idque non alia ex-
Causa, quam quod frigoris in poros Corporis penetran-
tis vehementia, tubuli minimi venosi, arteriosi,
lymphatici, Sanguinem Revehentes, et ad Substantiam
partium pro nutritione adducentes compressi, Coaxe-
tati et oclusi fuerint: hinc impeditum Sanguinis Cir-
culum et Regressum per minima vasa, inde etiam
inflammatio in arteriis lymphaticis, præsertim mem-
brarum que ad ligamenta juncturarum pertinent,
Causam proximam denique Convalescere videtur. ve-
rum enim vero dum acuta est Rheumatica febris
à Vigore atque horrore cum lassitudine Corporis Exor-
ditur, quos Excipiunt Calor, Sitis, inquietudo, tussis,
faucium phlogosis, molestia laryngis titillatio, dyspnea,
artuum et dorsi dolores, pulsus durus, et urine flammæ;
aliquando etiam sub laxa febris intermitte[n]te
aggreditur cum illa Symptomatum Caterva quibus
stripanitur febris subcontinua, aut Subintrantex;
Sudor post horas viginti Superavenit, et febris Remi-
sit cum Symptomatum Levitia; Perdurat eodem adhuc
die, augentur dolores, quique tenues, et pressio-
ri sunt, et liberum membrorum motum impe-

diunt; deinde vibratiles, lancinantes et vellicantes sunt
non nunquam de articulo in articulo facile emigra-
tionem faciunt, et cum febre evanescere solent.

Fere enim sub hoc caelo est endemicus morbus
Rheumatismus, et post cursum articulorum, devenit
potremo ad femoris articulationem suppurationem mul-
tisque, ibique sedet et difficulter abit nisi per longam
moram: vidi non nunquam inflammationem huius
sedis ad veram suppurationem devenire junctis su-
ceru; Postquam acrem et diuturnam lumbaginem pa-
sum hominem quem ipsemet vidi, in suprema femo-
ris parte abscessum habuisse, et quamvis a pexico
et Arifice d. de Sacaba dissecus et pertractatus fuit,
post ingentem puris copiam per aliquod tempus eva-
cuatam, miser ille perit: Quod vere notandum est,
ut pors exitus Rheumatice inflammationis contrarius
vel quaci; quia raro aut nunquam ut Clinici asse-
runt ex se in suppurationem tendat.

Ex hiis omnibus, quae jam in medium ano-
bis prolata sunt, satis abundeque intelligi posse ar-
bitror, indicationes, et totam curationis methodum
haec enim instituitur, Certe a prima die sanguinem

mirionibus, magis vel minus Reperitis, prout
 necessitas urget, pro diversa morbi intensitate,
 et varia Cœli Constitutione; tres aut quator vene-
 sectiones Requiebantur ad Symptomatum Sevit-
 em debellandam; Regimen antiphlogisticum inte-
 xim et Refrigerans imperabam, victum tenue
 necnon, potum blandum, diluentem, acidum et
 microzum; hordeatis aquosis denique liberali ma-
 nu datis, et Emulsionibus noce adimplebatur in-
 dicatis: Salibus neutris Reperitis dosibus, et Clyste-
 ribus Singulis, aut alternis diebus ad alvum aper-
 tam servandam tutissime erant, aut levi antiphlo-
 gistica purgatione, manna videlicet, Carria, oleo
 amygdalarum dulcium, aut tamaxindorum portio-
 ne; Et febri sincera hac methodo in octiduum,
 vel trium ad summum septimanarum spatium
 terminatur. Ceterum si Cronice protrahuntur do-
 lores, lactis uris, et decoctum edulzorans mixtificæ
 praeferunt.

Pleuritica Catarrhalis

Alius est febri aspectus Catarrhicus cum
 pleuritica affectionem generat, sic cetera

8
videtur a febre, lateris dolore, tussi molesta, et Sputo sanguineo quibus stripatur; Sed non periculosa est admodum cum Rete ab initio pertractatur, quamvis insensibilis pleurumque est summa, et nono aut undecimo die moriuntur: Junioribus autem, Robustis et sanguineis aggreditur, temporibus curantur, et Respiratorum ingentiumque aëris vicissitudinum a Reperta horripitatione et magno Vigore incipit, quod magis, magisque inexcrescit, usque dum nauseam, aut vomitum excitet: Interim paullo infra mamillam, aut circa eam dolor acutus et pungens supervenit, quem Reliqua pleuritidis Signa non deserviunt, uti pulsus celer, diurnus, non raro inequalis, difficilis Respiratio, tussis molesta, et Sputa nonnunquam vixie colorata, aut Cruenta; vexum semper mitiora sunt ac in vera pleuritide Symptomata, atque interiores maxime, faucium, laryngis, tracheæ, bronchiorumque membrane laborant.

Cum non amittitur tempus in Curatione huius febris, evanescunt quinto aut septimo die ut plurimum pleuritica Symptomata; febris autem ad secundam Septimanam producitur, et felici-

ter terminatur Sudoribus blandis, aut alii fluxu-
 bilior; verum si ab initio Contemnitur Curatio-
 ut occasionem præbent Agrotantium præjudicia;
 Credentium se tantam Conripationem pati, qua
 propter Sudores intemperitos provocant, funeralem
 Cursum prævidetur, et deteriores, longiorisque
 morbum Redunt: Vixit, vel nunquam Sudores initio
 procurrant, immo funeros effectus produxerit Ceras
 sum; Et nisi magis, et proinde venæ sectio, et Regimen
 antiphlogisticum subveniat, facile in veram pleuriti-
 dem, aut peripneumoniam transit: Quare statim et
 ab initio necessaria est sanguinis missio Reperita pro-
 diversa morbi intensitate, et diatheri inflamma-
 toria; postea vesicantia et in tibiis, et in loco dolo-
 ri aliquando cum felicioni eventus adhibentur;
 tutissime etiam eodem tempore diluentia tempe-
 rantia, et antiphlogistica Commendantur, necnon tu-
 scim lenientia, tepide hausta vere utilia sunt, præci-
 pue dum tussis adeo molesta sit, ut leniri potissimum
 debeat.

Nervosa aut maligna

Est et alia huius febris species peioris etiam in-

dolor ob indomita Symptomatum Levitas, que in ma-
lignarum clare, aut mali moris Clinici adnotare so-
lit fuere: Autumni tempore invadit podvimum,
multoque aggreditur, cum virium jactura et reli-
quis Symptomatibus plerumque sic succedentibus:
ab initio Conquiescunt Solent Ipsi de Spontanea lassitu-
dine, gravitate Corporis et axium dolore, quam ossa
contusa erent et fracta, calor et febris vix percipi-
tur ad quartum diem, unde Eger vere Credit se ta-
lum Convalescentiam pati, donec paulatim ingra-
verere incipiunt Omnia; Gravitas et dolor Capitis
decidunt, cum virium languore, inappetentia, nau-
sea, levi animi defectione, et somno inquieto; tri-
sti lenta ab initio Comitatur, cum ciborum fa-
tudio et sine ulla sitis molestia, in quibusdam
dolorum, vel etiam latera dolent, lingua indu-
tur luto albo usque ad septimum vel novum
diem; fascia nigra, axilla, et Siccis inspicitur par-
te, mens ipsa afficitur, vertigines accedunt, ma-
ior fit virium jactura Capitis dolor et Reliqua
Symptomata acerbius vexant et ingravescent
pulsi Creber, aliquantulum celer, debilis, ac-

inequalis est, non nunquam sanorum similis, cum-
 quibus consurgit solet quedam spirandi difficultas,
 pectoris angustia, atque oppressio: Quæ quidem Omnia
 quotidie in pejus fiunt, et ingravescent, ita ut ani-
 mi deliquio et Syncope Cœni Corripiantur, præsertim
 cum e lectulo surgere nitantur: Post primam Septi-
 manam alii fluxus eveniunt biliosi, coloris variega-
 ti et penetrantis odoris; non raro parotides, aut au-
 rium abscessus, aliarumque partium superveniunt:
 Nec desunt aphthæ albe, rubre, aut gangrenose, labia
 deparcentes, linguam et fauces, præsertim dum febrix
 cum humorum putrida dissolutione copulatur.

Si hypericiuri sunt, lente fluit alvus, et cutis
 humectatur in initio Secunde Septimane, et lente
 evaporatur usque ad tertiam Septimanam incep-
 tam vel finitam; tum vires augentur, spiritus et-
 iam uberiores fiunt, Somnum appetunt, nec jacula
 Carnis expuunt: Contra Simoniuri sunt, Omnia
 ingravescent, ventris evacuationes aciores reddunt,
 liquescunt, cutis non humectatur, sepe arecit, vel
 sudoribus colliguatur, et Extrema frigescunt; pul-

rus et vires deficiunt, Egri Suppediti jacent, et sermo-
sencibus orbantur, tremores et tendinum subtrulcu
accidunt, tandem hypixici fiunt, et in sudoribus in-
voluti frigidis moriuntur.

Nervosa hæc Cataarrhalis aut maligna febris
descripra, à miasmate putrido plexumque produciunt,
cum Combinatione vel Convientia influxus atmoſp-
heræ, Cerebrum et nervos ita affectant, ut utrorumque
potentie actioneque ledantur, et Contagiosa aliqu-
ando fiat; tunc in adridentes innoxientesque dif-
funditur, nisi magna adrit Cautela, præcipue cum
miasma animale ad perfectam putrescentiæ matu-
ritatem pervenit. Inocumque autem modo sit, dum
propagatur, effectur atoniæ et debilitatis in corpo-
re accipientis Contagium producantur; minuitur pro-
pterea Cerebri energia, sive nervorum actio, Cordis
potentia debilitatur, spiritalia Retardantur, nec liben-
ter a principio motus deſcendant; unde sequitur
naturam subcumbere, et tota animalis æconomia
vel Systema languere.

Ex his facile perspiciatur quod ad Curationem per-
tinet, neque sanguinis missionem, neque purgatio-

nem ab huiusmodi morbo perire postulari, preterea
 in corporis habitu laxo, et debili praeditis, quia non
 minuende sunt naturae vires, sed sustinende: Nihil
 tamen minus. Si plethora adrit, si vires vite non de-
 ficiant, si aetas, habitus, anni tempus et pulsum
 magnitudo conveniant, aut demum si cum diathesi
 inflammatoria sanguinis Complicetur, incidere vena
 poterit, sed incunte solum morbo, et parca manu
 atque cum magna Cautione Semper fiat. Simili
 etiam modo si faburra in primis vis turgens, et vires
 valeant, et nondum liquationis putride timor, aut sur-
 picis locum habeat, eliminari debet, ab ea enim an-
 xietates, amarae, nauseae, vomitus et diarrh-
 ae proveniunt. Iam propter ab emecis aggrava-
 tum semper Curationem, in nauseabunda tantum
 et expectata dosi propinatur, et certe felici effectus,
 nam intermixta Aliqua Remedia tutissime antee-
 illit Emerit. quia non modo pituitosa, viscida, aut bili-
 ris faburra, aut quidvis putridum maxima Salivam,
 garrucosque liqores inficiens educitur, verum eti-
 am totum vasorum Systema ita Excutitur, ut quid
 quid lentum, et viscidum in iis haeret, e loco dimoveatur,

atque in Circulum Kneet: Aëris Knobationem in
Lxi Cubiculum, fumigationes, et evaporationes aceti
ope ignis ad atmosferam impregnandam præcipio.
Cum Exotantium levamine; Ceterum si Omnia in
pessus vident in Secunda Septimana, et vixium fac-
tura, pueredoque augeantur, nihil bonum spectare
debet, et tunc ad tonica, acida, Voborantia, et anti-
septica tanquam ad facram anchoram Confugien-
dum est; proindeque Sexuvranus Cortex utpote Cer-
tior Omnium eligendus est; eo autem utebar vel in
tinctura cum Capphoranis, vel in decoctione cum
animalignis, uti decoctum amirepticum Pharmacopœ-
stirpane, cui addebam Elisir acedum virioli ex
Sordimeni, vel Spiritu nitri, ut vires opprere exi-
gantur et leni Stimulo incitentur; non nunquam
Emulsiones Camphorata propinantur, ac ve-
re utiles sunt.

Huc etiam pertinent Cardiacæ ab Auroxibus
sic vocitata quatenus debilem Cordis actionem
reintegrant, vel vires a morbo impedita, seu pro-
tractata relaxant; verum enim vero Simpli-
cior medendi methodus, si unquam alibi, hic

cente Commendatur; Iuo enim minus naturæ opus
 ante perturbetur, eo felicius ad pristinam Egræ Salu-
 tem revertuntur; in antisepticis, accidit, et Roboran-
 tibus tantum spes est; hoc non obstanti, Singularem
 potius Considerationem varia Symptomata Requirit,
 ac Compesci debent, ideoque vesicantia pone aures,
 tibis, hixudines temporibus, aut ano, pro ut necessitas
 urget magno cum fructu applicantur, præsertim dum
 soporosi fiunt Egræ: in paroxysmis etiam cum ano-
 dyna, emollientia, aut Prokventia nihil proficiebant,
 et dolores vehementiores erant, Sanguinis missio per
 utilis fit, ut Rixerunt etiam in Epidemica Constitu-
 tione febris anno 1623 Montpellii usus fuit.

Hæc est universalis historia, et Curationis me-
 thodus febris Catarrhalis nervosæ, aut malignæ, nec-
 non Simplicis, et inflammatorię Sub Cælo Orgas (vul-
 go de Orgaz) de quibus hac hora Coram vobis verba
 facere Constitui. Dixi. Martii 4 Decembris 1797.

Vincentius Raimundus Benedicto



1797

430



N^o 56.